

PARS SECUNDA.

17

dies, hebdoadas, menses, annos, &c. alter eandem rem continebit. Si igitur in primo fortè loco fuerint aurei, in tertio verò albi, erunt aurei similiter in albos resoluendi. Sic de alijs.

OPERATIO.

Secundus cum tertio est multiplicandus. Productum per primum est diuidendum, & Quotiens quæsitum numerum indicabit.

	lb	sz	lb	
Vt	1	2	34	facit 68 sz.

Obserua, si multiplicatione facta, Diuisor seu primus numerus in productum diuidi non possit, medius numerus resoluendus erit, Vt si aurei sunt in loco medio, erunt in albos resoluendi. Sic de alijs rebus, vt 2 cadi emuntur 9 aureis, quanti 3 mensura? Hic resoluere cados in mensuras, aureos in albos, hinc operare secundum regulam, hoc modo:

Men.	alb.	Men.	
160	243	3	facit 4 alb. $\frac{82}{160}$.

Probatio.

Pone numerum primum loco tertio, & tertium loco primo, Quotientem loco medio, & operare secundum regulam. Si productum idem fuerit cum numero qui antea fuit medius, bona fuit operatio. Si Quotienti, qui medio in probatione loco ponitur,

C adha-